Erga quorumdam gremialis Judaicæ Communitatis Primorum sibi super eo, quod videlicet in gremio Cittis hujus formalis Judai-ca communitas praeexistat, quod eadem Judicem suum, suosq juratos comunitatis assessores Orphanorum Curatorem, Syndicos, tribunumplebis, Rabinos, Cantores, Circumcisores &c. habeat, quod item proprium macellum, et jus pro suæ reli-gionis hominibus liquores epocillandi habeant, testimonium perhiberi petentium: requisitionem testamur, et recognosci-mus in gremio Civitatis hujus pro ut petitum sonat, forma-lem Judaicam Comunitatem, proprium quo ad ritus sui acta et facta Judicem et juratos assessores qui singulo anno in conformitate Normalium Suæ Majestatis Sacratissimæ Ordinum sub Praesidio Magistratualis Deputationis per eandem Com-munitatem restaurari solent, non minus reliqua ad essen-tiam plenam formalis Judaicæ comunitatis individua habentem praeexistere, quæ jus Macelli et epocillationis habet, pro jure tamen [illegible] epocillationis titulo recognitionis juris regalis quovis anno singillativos quadringentos florenos [illegible] Civitatis solvit, bene-ficia vero hæc suæ religionis hominibus licitatione mediante exarendare et lucrum inde promanans ad dota-tionem Rabinorum, Scholæ docentis et aliorum Comunita-tis respective Ministrorum, respective etiam Servitorum nec non ad supportanda in extraordinariis casibus onera publica convertere solet. In cujus fidem appresso Ci-vitatis hujus Sigillo subscripsimus. Neoplantæ die 30a Julii 1811. L. S. Georgius Jankovics m.p. Consul. Mathias Láng m.p. Ord. Notarius.

Praesentem Copiam suo Originali conformem esse testor Zom-borini die 5ta 7bris 811.

Nicolaus [illegible] Jur.

[illegible]

ИСТОРИЈСКИ АРХИВ СОМБОР IAS ISTORIJSKI ARHIV SOMBOR
25000 Сомбор, Трг цара Лазара 5 Телефон/Факс: +381 25 412 2 87
E-mail:info@arhivsombor.org.rs Телефон: +381 25 416 292

Amplissime Magistratus

Domini Nobis Sincere Colendissimi!

Tracterium Judaicum, seu Jus Extraneos Judaeos ad gre-
mium Cttis hujus advenientes Hospitio, Victu, et
liquoribus erga solvendorum solutionem providendi hu-
dum publica Licitatione mediante plurimum Offerenti
plerumque exarendatum fuisse equidem verum est;
verum tamen una est ex simili licitationali exaren-
datione inter Tracterii hujus Arendatorem, et coteros
gremiales Judaeos controversias ideo semper enatas
fuisse, quod Arendator hic illos quoque Extraneos
ad Gremium Cttis hujus venientes Judaeos, qui
per Nostrum aliquem hospitio, et victu gratuito pro-
videantur, ad respectivam solutionem cum gravi
sui praejudicio simili Victu, et hospitio provideri
absolvere continuo declaraverit, et sic propter istu-
recepiam hanc licitationalem Tracterii hujus Ju-
daici exarendationem eo plane deventum fuit, ut ne
quidem Consanguineos, affinitate Nobis junctos,
Amicos, quos Ilus Socios, Pauperes, eo minus vero
alios ad Gremium Cttis hujus venientes, aut tran-
seuntes Judaeos gratis, et absque omni pecunia-
ria Solutione hospitio, et Victu excipere Nobis hu-
dum integrum fuerit. Quia vero Nos praeter Uni-
cum, eumque satis restrictum Quaestum alia Vivo-
media quaerendi modis destituti sumus, quaestum

vero

ИСТОРИЈСКИ АРХИВ СОМБОР ИАС ISTORIJSKI ARHIV SOMBOR
25000 Сомбор, Трг цара Лазара 5
E-mail:info@arhivsombor.org.rs
Телефон/Факс: +381 25 412 2 87
Телефон: +381 25 416 292

vero, dum Extranei Iudaei a Domuum, et Quarte-
riorum Nostrorum Accessu arcentur, labefactari,
taliterque Nos defendendorum Onerum publicorum
incapaces reddi, viaque Mediis frustrari debere
consequens foret, quia porro hac ratione legali illo
Iure, vigore cujus cuivis rebus suis utendi, et dis-
ponendi libera facultas competit, privaremur; quia
demum ipsae leges Divinae id, ut Proximis Nostris
pro posse beneficia praestemus, injungentes taliter
Effectui mancipari haud quirent: Ideo ad Similes
Tracterii Iudaici Arendatorum universas quae-
relas, et ex his promanantes praealtatas Nobis
admodum praejudiciosas Consequentias in futurum
efficaciter praescindendas Amplissimum Magistra-
tum demissis interpellare praesummimus precibus,
quatenus praelibatum Tracterium Iudaicum cum
Iure Arendationis continentem erga certam numero, et
Quantitatem Gremialium, et Extraneorum
per Civitatem hanc transeuntium, aut in Gremio
Civitatis hujus tantisper commorantium Iudaeorum
commensurandam fixam Annuam Arendam Nobis,
Nostrisque Successoribus semel pro semper cum
eo arendare dignetur, ut pro ratione evenibilium
temporis adjunctorum, et interventurarum Circum-
stantiarum beneficium hocce cui cui sufficientem
alterius Cautionem Obtrito plurimum Offerenti
Gremiali Iudaeo publica Licitatione mediante per
Nos etiam subarendari possit. Demissae huic Sup-
plicationi Nostrae locum dandum esse suadet etiam
id, quod hac ratione Civitas hocce Stabilem, fixum,
certumque Quotannis a beneficio hocce habitura
esset proventum.

Aliud

ИСТОРИЈСКИ АРХИВ СОМБОР ИАС ISTORIJSKI ARHIV SOMBOR
25000 Сомбор, Трг цара Лазара 5
E-mail:info@arhivsombor.org.rs
Телефон/Факс: +381 25 412 2 87
Телефон: +381 25 416 292

Aliud, quod ab Amplissimo Magistratu nobis deferri instamus, est, ut nobis velit liberum Religionis nostrae exercitium in Regno hocce ceteroquin habentibus unum in Re nostra Religionaria Superiorem Controversias, aliaque Sphaeram hanc tangentia Objecta superare, et dirimere valentem quotannis in Concursu unius Magistratûs eatenus exmittendi Individui eligendi facultatem impertiri dignetur.

./. Demissis hisce petitis nostris Amplissimum Magistratum tanto certius gratiose delaturum confidimus, quanto luculentius est ducum hicce sub ./. in Copia adnexi, et post rata in Origine etiam exproducendi Attestati id ipsum velut altissimis Normalibus Dispositionibus non modo non contrarians, quin potius conforme in aliis quoque 3
Liberis Regiis Civitatibus, exceptis vero Neoplantatis introductum haberi. Alioquin cum venerationis cultu perseverantes. Zombor die 24 [illegible] 811.

ИСТОРИЈСКИ АРХИВ СОМБОР IAS ISTORIJSKI ARHIV SOMBOR
25000 Сомбор, Трг цара Лазара 5 Телефон/Факс: +381 25 412 2 87
E-mail:info@athivsombor.org.rs Телефон: +381 25 416 292

Amplissimi Magistratus

humillimi Clientes

Franciscus, Lazarus, Jacobus, Leopoldus, Philippus, et Casparus omnes Stein, Laurentius item, et Israel ambo Herczegh, nec non Simon Hay et Simon Hajduska. Abramus Hajduska & Salamon Veisz Judaei gremiales, nomine totius gremialis Judaicae Communitatis.

1

No 1144.

Cum Salamone Veisz Gremiali Judaeo fine depromendarum relate ad Tractatum Judaicum practum Reflexionum intra Quindenam Commissum. In Senatu Zombor die 6a Septembris 811 celebrato.

Extradatum per Davidem Konyovits m. p. jur. Cittis V. Notar.

Exhibita die 17a Septembris 811.

113

Lect die 6a Sept. sub No 1144.

Ad

Amplissimum Magistratum Lib. Reg. Cttis Somboriensis, Dominos Sibi Colendissimos.

Ad No 862 811.

ИСТОРИЈСКИ АРХИВ СОМБОР IAS ISTORIJSKI ARHIV SOMBOR
25000 Сомбор, Трг цара Лазара 5 Телефон/Факс: +381 25 412 287
E-mail:info@arhivsombor.org.rs Телефон: +381 25 416 292

Gremialis Judaica Comunitas Tractatum Judaicum cum Iure Cttis Solito conjunctum erga certam fixam summam et quantitati tam gremialium, quam Extraneorum hic loci tantisper commorantium, et respective transeuntium Judaeorum commensurandam annuam Arendam semel pro semper sibi exarendari, et unum ex se Religionaria Superiorem quorsum eligendi facultatem sibi concedi demisse supplicat.

Per Nicolaum Leovits Jur. Cttis Cancel. m. p.

Amplissime Magistratus
Domini mihi Singulariter Colendissimi!

Ad hicce sub nro readvolutam Instantiam Gremialis Judaicæ Communitatis, & meum fine depromendarum reflexionum relate ad Judaicum Fraiterium intra quindenam Communicatam, sequentibus humillime respondeo, me in Casu hocce nullas reflexiones depromere posse, sed supplex sum Amplissimo Magistratui, dignetur egeno & misero statui meo succurrere, mihique Judaicum Fraiterium, seu [illegible] Domus victu & hospitio excipiendi expirante alioquin Termino cum fine mensis Octobris nostro quoque erga per me solvendam Arendalem summam [illegible] Annorum in Arendam gratiose elocare dignaretur; in reliquo Gratiosum Patrocinium & Protectionem exorans, altis Gratiis devotus jugi cum Venerationis Cultu emorior. Zombörini Die 27 7bris 1811.

Amplissimi Magistratus

humillimus Cliens
Salamon Weis
Judaicus Fraiterius
Gremialis

ИСТОРИЈСКИ АРХИВ СОМБОР ИАС ISTORIJSKI ARHIV SOMBOR
25000 Сомбор, Трг цара Лазара 5 Телефон/Факс: +381 25 412 2 87
E–mail:info@arhivsombor.org.rs Телефон: +381 25 416 292

Datum est:

Cum Fisco Magistratuali fine desumendarum Reflexionum Suarum Communicare. In Senatu Zombor die 25a Septembris 811

ed.

Extradatumque Davidem Konjovits

Jur. Cittis Not.

Praes. die 25a Sept 811

Lect eadem

No 1236.

Ad

Amplissimum L. R.ae & Regiae Cittis Zomboriensis Magistratum Dnos Sing. Colendissimos.

Adh. 862a 811.

Humillimum Responsum Salamonis Veisz Grlis Judaici Tractoris

Ad Instantiam Communitatis Judaicae Gremialis

in merito Tracterii Judaici.

ИСТОРИЈСКИ АРХИВ СОМБОР IAS ISTORIJSKI ARHIV SOMBOR
25000 Сомбор, Трг цара Лазара 5 Телефон/Факс: +381 25 412 2 87
E–mail:info@arhivsombor.org.rs Телефон: +381 25 416 292

Infrascriptus ad exigentiam Magistratualis erga readvolutam Gremialis Iudai-
cæ Comunitatis Tracterium Iudaicum erga certam fixam annu-
am Arendam pro stabili exarendari, et unum in Re Religio-
naria Superiorem quotannis eligendi facultatem sibi concedi
supplicantis Instantiam, desuperq petitum Actualis Arendatoris
Salamonis Veisz Responsum dd. 25ᵃ 7bris a. c. Nº Protocolli 1236
interventæ Determinationis Reflexiones meas depromptueus
humillime censeo, Instantionalia Instantis Comunitatis petita,
habita etiam motivorum Instantionaliter adductorum ratione
vel ideo maxime, quod Tracterii Iudaici usu introductus Proven-
tus pro ljs Regali Cittis hujus beneficio stricte summi nequeat,
sub ictum, proinde Altiorum Ordinum Beneficia Cittis Regalia
publica Licitatione mediante plus offerentibus exarendanda
esse Percipientium minus cadat, quod porro in Re Religionaria
Superiorem unum sub Cautela Instantionaliter declarata eligen-
di facultas sensu etiam Colomanni Libri 1ⁱ Capitis 47ⁱ iis-
dem competat, ex parte Fisci dummodo Arenda pro pattacto
Tracterio quotannis dependenda exigua haud sit, Magistratuali
Pertinimo in salvo permanente negative Zom-
borini Die 12ª 8bris 811.

Paulus Fratricsevics Ordinarius Cittis
Ord: Fiscalis Magistratualis

ИСТОРИЈСКИ АРХИВ СОМБОР IAS ISTORIJSKI ARHIV SOMBOR
25000 Сомбор, Трг цара Лазара 5 Телефон/Факс: +381 25 412 2 87
E-mail:info@arhivsombor.org.rs Телефон: +381 25 416 292

Lect die 16a 8bris

No. 1352.

Reflexiones

Fisci Magistratualis Liae, Reg. Cittis Zomboriensis ad exigentiam Magistratualis erga readvolutam gremialis Judaicae Communitatis Instantiam, desuper petitum Salamonis Veisz Responsum ddo. 25a 7bris 1811 No. Exot: 1236. interventae Determinationis depromptae.

ИСТОРИЈСКИ АРХИВ СОМБОР IAS ISTORIJSKI ARHIV SOMBOR
25000 Сомбор, Трг цара Лазара 5
E-mail:info@arhivsombor.org.rs
Телефон/Факс: +381 25 412 2 87
Телефон: +381 25 416 292

No. 862. 811